quum illum praesentem Deum et Salvatorem nostrum
exempli doloribus intuebimur, illum perennem Dato 1568.
fontem bonorum aeterna gratulatione celebran-
tes. Vale vir optime simul et mihi carissime. Datum
Calendis Februarij 1568. Bremae

Johannes Molanus.

M. Isbrando Balcico. Emdae. 136

Pax Christi.

Isbrande frater, postquam tu de scripsisti de typogra- [= Micr. a. 7:
pho quae scire cupiebas, nihil de tuis rebus certiorem me per V. 186]
scriptum. Saepe succenseo huic meo scholastico labori, quod
dies noctesque me sic fatigat et constringit, ut ne in urbe
quidem vicinos aut amicos visere et complexu atque
alloquio paulisper frui possim, valde aliqui gestit
istuc evolare, ut contempler illos coetus dispersos
in istis reliquiis quas Deus [illegible] quasi [illegible]
unde cumulate et confertim collectos esse. Deum,
ferunt quanta cum alacritate spiritus meus dulcis con-
iunx istuc ibat visura fratres et sorores e Braban-
tia profugos! Sic erat φιλόστοργος et ingenio vivido,
ut fleret prae gaudio quoties aliquis peregrinus
ad nos venisset, in quo videret aliquam significati-
onem sincerae pietatis. Sed haec aliena sunt ab insti-
tuto. Mihi non vulgare prodigium videtur quod Domi-
nus in uno oppidulo in mediis fluctibus sito tot prophetis
et prophetarum filiis hospitium, victumque et a-
micitiam invenit. Quum sum memor mundi natio-
natione Χριστοφόρους, quum ibi mecum deputabam
ubi illa se prima fugientium examina Emdae collo-
cassent, futurum haud dubie ut in vicinas urbes
atque adeo etiam in hanc nostram Bremam quaedam
bona semina redundarent. Nemo [illegible] quidem sic
diversis aeque nostra [illegible] Scilicet hic
[illegible] ab idololatris Saxoniis
[illegible] coeperunt. Alioqui si quis hanc civium
benignitatem videat, meliore fortuna dignam
[illegible] Ecce [illegible] Hoc
mense quem ingressi sumus in vicinam urbem Verdam
ad 22 diem [illegible] conveniunt duae
[illegible] altera quae profugit
et altera quae in deserta [illegible] tanquam in

arcanum aleatorium se se recepit, ad arbitros, au
ad judices, non satis scio: magna spes tenet hos res suas
futurum ut urbe, aris, focisque potiantur. Nam usque
adhuc lis quasi de patibulo pependit, nunc rursus aut
reges erunt. Nisi jam terram viderem non me-
diocriter solicitus essem, Nam et horum defectio
meretur aliquod magnum malum, et illorum re-
ditus cum triumpho ruina erit et excidium urbis
Bremae. Sed ego ut saepe jam dixi, meis animis fretus,
quamlibet fortunam juxta pati possum. Tantum
det Dominus gloriam nomini suo et contundat versu-
tos qui praefractis animis oppressione pestem ma-
chinantur. Vos pii fratres, qui habetis quotidiana
exercitia verbi et invocationis, adjuvate nos ob-
secro vestra intercessione. Ego sicut vestra auspicia
anno superiore Duisburgi multis lacrymis Christo
commendavi: ita nunc vestrae dispersionis nunquam
obliviscor. Sed nihil obstabit Domino quo minus ex-
tenta manu sua de coelo vos iterum colligat et orantes
reducat. Fiat. Vale cum optima conjuge. Pridie Cal.
Febr. 1568. Bremae Johannes Molanus.

137] M. Henrico Schoneburg Emde
Pax Christi.

Dilecte frater, accepi per hunc quecunque ma po-
sta scripsisti puta duodecem daleros, quatuor Grotos
et 2 stuf. Convenit numerus ut opinor, pro ut debita
tibi gratias ago, qui in tali periculo meos familiares
non exclusisti. Gratulabatur piae memoriae con-
junx in literis quas istinc ad me postremas dedit
tam commodum hospitium profugis adolescenti-
bus nostris apud idoneum praeceptorem inventum
esse. Itaque ago gratias et mutuum officium, si for-
te unquam res postulet, promitto. Pueros asseris
magnam experiri parentum ingratitudinem,
ex quadringentis tricentum flor. toto biennio sibi
conficere. Perinde quasi aut mortuus aut nunquam
natus essem: itaque respiciunt hi ne veniam ne-
tollere curant. Sed valeant querelae. Nam Deus
est mea merces, ad quem respiciunt curae et
cogitationes nostrae. Repeti mecum ... .

[= Mscr. a. 7. Nr. 187]